mersit. **S**ic vere crustus de nauicu
la exiens. i. de virginē nascens il
lud genus humanum sanauit. et
expulsis demonib⁹. eis portos
. i. peccatores voluptuosos et max
ime infideles ad habitandum con
cessit. qui nūc iuxta montē super
bie pascūtur. in fine tamen i ma
re. i. in inferni amaritudinē oēs i
bunt. **A**po. xviii. **V**oc impetu mit
tetur babilon ad infernum. **R**

Demones de homībus expul
si sunt. habitandi tamen i
porcīs licentiam acceperunt. por
ci vero cum demomib⁹ in p̄ceptis
in mare ruerunt. et ibi i aqua mor
tui sunt et pastores ammirati fu
erūt. **M**ora. **D**omines qui ad
ymaginem dei facti sunt signāe
predestinatos. quadā secreta dei
ymagine et gratia apud suā eter
nā sapientiam designatos. porci ve
ro qui immundi sunt. et sine rat
ione signāt peccatores et reprobos
apud deum per occultam iusticiā
morti ppetue deputatos. **I**sta est

ergo rei vēritas q̄ illi qui sunt ho
mines. i. q̄ sunt predestinati dato q̄
quādoq̄ iueiantur plenī demoni
bz. i. plenī vitis oibz et s̄bicti i
mūdis spiritib⁹ et habere cetera
vitia atēdicta. isti tamen finalē
ad seculum et spūalem sanctitatis
perueniunt et dīmissis omnibus
vitis diuīno mīsterio boni sunt.
Econtra vero illi qui porci sunt. s
voluptuosia et p̄bri. licet q̄nq̄ s̄b
pastoribz et platis vivant. a spē;
sancitatis et bonitatis quādoq̄
hebeāt. finaliter tamen demoibz
per peccata subicuntur. qui tuue
cum ipetu et i discrete i mare. i.
fluctuosa mundi negotia s̄e preci
pitāt. et i aquis voluptatū secu
li submergūtur. et ibi finalē mor
ti ppetue exponūt. **E**xo. xv. **S**ub
mersi sunt i mari rubro. abissi op
uerunt eos. **T** **L**

Hec habēs q̄ gerasemī vidētes
q̄ ihesus demoniacū sanauē
rat et q̄ ḡrex porcorū submersus
fuerat timuerūt valde et iceperūt
eū rogarē q̄ a simibz eorū recedēt
sicut de petro simile legit. **Lu. v.**
q̄ petrus stupefact⁹ de captuā pi
scium dixit cristo. exi a me domi
ne q̄ hō p̄cōr fū. **M**ora. **I**sta
possūt allegari cōtra quosdā pec
catores. q̄ q̄ dignos se reputant
ideo libēt non celebrāt nec xp̄m
sibi associat. s̄ poti⁹ eius p̄sentiaz
formidat. timent ex indignitato
sua ad p̄sētiā tā scē rei fieri detra
ctores. **Q**uapropter meli⁹ iudicat eē
remotiores. dicētes illis q̄d sūp
meodē p̄mitur. **D**omine nō siq
dign⁹ vt ites s̄b tectū meli⁹ ac
sicut p̄mitur. **M**ar. quinto. **X**p̄e

noluit q̄ iste demoniacus sana
tus post euz iret. sed potius volu
it q̄ iste demoniacus ad suos te
diceret. et q̄ facta sibi a deo benefi
cia nuntiaret. **Sic** vere illi qui a
demomibus liberati et a peccatis o
uersti sunt. non statim sunt digni
dominum per imitationem sequi
nec ad statum perfectionis a ar
due operationis transire. melius
est em q̄ cum filii id est cum mun
damis i imperfectori ḡou maneāt
q̄ sequendo dñm per imperseuerā
tiā retrocedent. **Vicit** mēto
de paralítico cuāto sed vide de hoc
melius. **Luce** quinto.

¶ Capitulum septimum **¶ 2**

Domin⁹ vocato matheo
de theloueo. cum pnbli
camis peccatorib⁹ come
debat. et hoc vt eos co
uerteret. assertens q̄ medicus nō
samsed male habentibus opus
erat. vt habetur. **Mathei. ix.** **¶**
Ora. **¶** In quo vñiq̄ platis et
sanctis vīnis dat exēplū q̄ pecca
torum societatez nō debet horretē
s̄ poti⁹ ipaz frequētare. vt verbō
et exēplo possint eos a vñis mē
dicāt. **Qd** tamē est cōtra m̄los p̄
sumptuosos qui de sua sanctitate
gloriantes dedignantur societa
tem malorū. et sic perire ipsos p
mittant in feibus vitorum. **Qd**
etiam contra ypotrītas potest dici
qui fingunt se abhīnari peccato
res. cū tñ ip̄i ceteris sūt peiores
Psalm. xlvi. **Ius** p̄phanum in va
sis eorum et dicūt recede a mē nō
appīqs michi q̄ imūd⁹ es **¶ b**

Hic habetus q̄ discipuli iohā
mis ieunabant. discipuli ve
to crasti non ieunabant de quo
cum iohāmis discipuli quererent.
excusauit eos domin⁹ q̄ i p̄fētia
spōsi nō decebat filios spōni ieui
nare. sed veniet inq̄ tēpus quā
do auferetur ab eis spōnus. tūc
vñiq̄ ieunabūt. subiunxit etiam
q̄ vestimētū vetus nō debet noua
comissa repara. a q̄ vīnū nouū
non debet i veteres v̄tres mitti.
non em̄ sibi cōueniunt nouitas a
vetustas. Quia vestimētū vet⁹
rūpitur a fit peior scissuā. veteres
vero veteres ppter nouū vīnum
rūpuntur et oia effūdūtur. **¶**
Mor. **¶** Ista possūt allegari q̄ de⁹
pl⁹ diligit spōiale gaudium. q̄ m̄
miam austētātē a ieūmū. **P**re
fētia em̄ spōsi xp̄i quā sibi facit ca
ritas habenas laxat. et i libertate a
leticia facit viue. iphi⁹ vēo absēt
a quā efficit timor suilis facit ieū
mū et alias austētates frequēta
re. **¶ C** **¶** Vel allega q̄ illa q̄
contraaria et dispatria sunt nunq̄
simul in eadēm societate vel omu
nitate possunt conuenire. nec v̄t
diter vñire. Nōi enim non con
cordant cum veteribus. iuuenes
cū semib⁹. sclares cū religiosis. pe
ior em̄ scissuā solet fieri et discor
dia ap̄hior generari. Similes ergo
similibus associēt. vt ex cōditōe
simili maior ibidē caritas genetet
Deutero. xxij. Nō arabis cū boue
et asino. **¶** **Vl** dic q̄ veteres v̄te
res et vestimētū sūt homines i vi
nis antiquati. nouū ergo vīnum
et nouus p̄am⁹ signat noua xp̄i
n̄ euāgelij docimēta a perfectiōis

Deuangelice sacramenta dico ergo
quod ista duo non bene conueniunt
similis quia malis hominibus et in
ueteratis in malo bona spūalia nō
sapientur. quimodo si eis imponan
tur et si mandata spūalia eis dāt
et si ipsis aliqua perfecta et diffici
lia opera inuincantur. statim per
impatiētā dirūpūtur. et per trans
gressionem omnia diffunduntur.
bū ergo dicitur supra. vñ. Nolite
poneat marcas aeneas porcos.
et nolite sem̄ dāc cāmbz. // E

Princep̄s vñ rogabat dñm
dices. Dñe filia mea mō defū
cta est. s̄ veni et impone ei manūz
et viuet. cuz ergo pro sanādo pu
ellam in domū principis adueniēt
et vidisset ibi cuies et turbam tu
multuantem dicebat. recedite nō
enī ē puerilla mortua s̄ dormit. De
quo cuz astantes deridētūt ipz.
eo quod puerillam mortuam eē cognō
scēbat. ipse tenens manūz puerille
ipsam erexit. et que mortua fu
erat statim surrexit. // **M**or. Sic
vē quilibet homō vides suā puel
lā. animā suā mortuā ēē per peccā
statim debet ad crūstū per deuotio
nēm recurrere. et quod ista puerillas
fuscidet orare. et ipse statim debet
ad pōes ipsius adueniēt. quod opē su
am nulli solet denegare. **J**o. nn.
Ego veniā et curabo eū. Verūptū
ad hoc quod ista posh cuāti aliq̄ req
rūtur. pmo quod dñs in domū cordis
per grāz intret. scđ o turba mala
cum cogitationū. tibicinesq̄ in
māgloriationis et laudis inde ex
pellantur. et tandem quod a sompno
peccati per tactum diuine miseri
cordie correctionis q̄ iusticie eleue

tur. Dñs pmissis a peccato fuscita
bitur et sic nō fuisse per dāpnatiōēz
mortua. s̄ solū per culpam dormiēs
approbatur. **M**ath. xv. Sanata
est filia ex illa hora.

Capitulum octauum. // 2

Hec dicitur quod cum doī
nus iret fuscitare filiā
mortuam archisagoga.
quedāz mulier que
paciebat fluxū sanguinis. xii.
annis. que sicut dicit. **L**uce. vñ.
Omnia bona sua in medicis expo
suerat. sed detetius habebat. ac
cessit retro et tenet fimbriaz ve
stimeti ei⁹ et dicebat. si tetigero
fimbriā vestimenti ei⁹ salua ero. q̄
statim sanata est. **F**iliā ad quam
principaliē ibat mortuā inuenit.
ipaz tam finalē fuscitauit. ut ha
bet. **M**ath. ix. **M**ora. Sic vē cū in
mūdo iaceret due mliētes tā mor
tue q̄ infirme. videlicet filia princi
pis dei sc̄z sinagoga q̄ nō mortua s̄
dormiēs dici poterat. peo quod in spe
futuē redēptiōis viuebat. **T**hi.
v. **V**iues mortua ē. Et mliēt. s. ge
tilitas in vitis atq̄ta. q̄ fluxū omi
niū vicōz patiebat. nec a medicis
sc̄z a suis philosophis cuāta fueat
s̄ p̄ ipos detei⁹ ledebat factū est
quod dū celestis medic⁹ xp̄c. p̄ ista
filia sinagoga curāda et saluanda
principaliē veniēt dices. **M**ath. xv.
Nō fū miss⁹ nō ad oues q̄ pierat do
mus isrl̄. ipsa infirma mulier sei
licet gentilitas ardenter crūstum
et fimbriam vestimenti eius id
est ipsius humanitatem tetigit.
et sic sanitatē ḡtē añq̄ sinagoga

recepit. finaliter cristus ad filiaz
id est ad synagogam p fidem vei
et ipsamq finaliter fuscitabit.
quia in fine temporis gens iudaica
tota ccedet. quia sicut dicit. **Ho.**
xii. Donec plenitudo gentium intra
tet et sic omnis israel salu*s* fier*e*t
13 **B** **¶** Vel dic q filia principis
huius est persona ecclesiastica fili
a dei patris. Mater sanguinea
est secularis persona. Quia dato
q ecclesiastice persone sperentur
principali*s* saluari. sepe tñ fit q
ab emorroissa muliere id ē a psa
na seculari ad salutē preaeiunē
et q isti secula*s* pmo simbriam
vestimenti cristi. i. g̃tiā iphi*s* et mi
sericordiā p deuotio*s* tangat. et
sic primi salutē ppetuā consequā
tur. **Mathei.** xx. Erant primum no
uissim et nouissimi pmi. **C** **¶**
Vel dic q cristus est platus. qui
dicitur vnc*s* eo q tales crismate
vnc*s* sunt. vñ saltē q vñctione*s*
et oleū adulatio*s* diligunt. Sic er
go fit hodie q q primo simbriā ve
stimenti ei*s* tagut. i. q primi adu
lado et munea offerendo ad eos ac
cedunt. pmi sanati pmoti et exal
tati ccedunt. Vnde sepe fit q duz
iste xp̄c. i. platus vñ princeps ite
dat aliquā filiā mortua; i. aliquaz
psonā mutile sanae id est sibi offi
ciū vel beneficium preabus ali
cuius principis vel potentis co
cedere. quādoq mulier emorrois
sa id est ista persona immunda et
mala accelerat ipsum adulādo ta
gere. et si solet beneficium repor
tare. si tetigero inquit simbriam
vestimenti eius salua ero. ideo de
talibus potest dici illud. **Genesis**

vicesimo septimo. Venit germa*s*
tuus fraudulenter et cetera. et lo
quitur de iacob. qui quia primos
cibos patri obtulit ideo pm*s* bene
dictio*s* g̃tiā reportauit. **¶** **D**

Mentio fit hic de duob*o* actis
quos dñs illuminauit. et cū
hoc fecisset. precepit ne cuiq hoc
reuelaret. illi at nō tacuerūt sed
p totā illā patā diuulgaret. **¶** **M**oz
In hoc nota q dāt alteri benefi
cū et remediu. vel q habet a deo
virtutis pcomi*s*. non debet laude*s*
humanam querere. sed potius de
bet q hoc taceatur ab eis affecta*s*
Mathe. xvii. Nemini dixeritis vi
sionem ac. sicut supra. **Mathe.** v.
Si facias elemosinam nesciat sim
stra tua quid faciat dexter tua.
ac si dicaret nō n̄ queras manem
gloriam. Verumtamen qui hu
ius beneficium accipit non debet
ppter hoc cessare. sed magnificen
tiā celato*s* deb*s* alios demōstrate
Mar. v. Vade in ciuitatē tuā et
ānuntia q̃ta tibi fecit deus. Quia
sic dicit Seneca hec bñficiū lex ē vt
alī statī obliuiscat̄ dat̄. alter vē
nunq̄ obliuiscatur accepta*s*.

¶ Capitulum nonum. **¶** **A**

Oicitur enim q iohāes
venerat non māducās
neq̄ bibens. et dixēit
iudei q demoniū habe
bat. Tandem venit cristus man
ducans et bibens et cōmunem vi
tam sequens. et dixerunt. Ecce
hō vorax et vini potator. pēcō*s* et
publicanorū aic*s*. sic lēbit. **Mathe**
vndeo. **¶** **M**ora **¶** Ad hoc potest

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

allegari y detracōēs et inuidi nī
chil inueniūt in aliquo benefactū
Vl q̄ om̄ia facta h̄oinū solēt dāp
nate et intētōnes o mmū de trac
tionib⁹ de prauare. Nā q̄ tūcūq̄
bona intētōne aliq̄ comedūt v̄
ieūnāt isti tamē in p̄tem simistrā
semp interptantur et iudicāt Et
quicqđ alij facūt breuiter totum
dampnant. Et quicqđ in eis dif
ficle videtur vel impossibile alij
esse impossibile existimant. Et o
riūne qđ eis n̄ placet in alijs nepha
rium esse putant. Sicut ypoctē
qui ieūnare volunt reputant af
fables et cōmūnem vitam sectā
tes esse leues et gulosos. Gulosi
vero illos qui ieūnāt et austere
tatem seruant. reputant ypoctē
tas et peruersos. et non sine pot
estate dyaboli credūt eos posse ce
spuēre mundi cibos et actus face
tere virtuosos. sicut infa. xij. di
cebant de cristo. hic non eicit de
monia nisi in belhebub p̄nāpe de
moniorū. Cōtra tales ergo dicit
Homa. xiiij. Qui māducat nō mā
ducate; nō spernat. Et qui n̄ on
manducat manducantem non ui
dicet. Deus emī illuz assumpsit
Tu quis es. qui iudicas alienum
seruum.

Capitulum dēcimum. // A

AUm dominus transiēt
per sata et discipuli ei⁹
sabbato. volentes spi
cas comedere. quia fo
titer r̄stiebant. excusauit eos do
minus ratione necessitatis exem
pto dawd. qui necessitate duct⁹

comedit de pambus consecratis. si
aut dicatur. Math. xij. Necessitas
em̄ nō habet legem vide sup̄. He
xij. // Mōra. Dic q̄ sabbato. i. fe
stis p̄tōres debent p̄ sata sacerē
tuē trāsiē. et spicas. i. setētias vel
leter et ipas studēdo comedere Nō
ē fractio sabbatorū vacaē lectioni
bus studiorum quinymo ista est
magna necessitas ex qua potest p
uemēr vtilitas // B

Quādāz die sab
bati videret i sinagoga quē
dam h̄inē manum aridam haben
tem cui cum dicere. Extende ma
num tuam. statim restituta est sa
miciati. de quo cum pharisei mur
murarent. dicebat q̄ licitum est
sabbatis benefacere. sicut licitū e
rat ipsis in sabbato oues suas si
in foueas cade rent subleuare Ad
dens q̄ multo fortius licebat h̄i
nem cū esset melior oue adiuua ē
// Mōra. Ista p̄nt dici cōtra pha
riseos. i. contra malos curatos. q̄
bus maior est cura de suis ouib⁹
et diuitiis temporalibus. q̄ de s̄b
ditis. i. ouibus spūalib⁹. Nā citius
occurrūt et reducūt ouē errātem
q̄ qñ videt fratrem suum cuz ma
nu arida. i. peccatōrem et desidez et
manuali bona operatione carētez
Cum multo melior est homo oue
ideo citius fuerat sibi occurrēdū
Quia sicut dicitur. Mathei. sexto
Anima plus est q̄ esca. // C
Vel dic. dato q̄ pharisei. i. malis
curati indignentur contra cristū
i. contra bonos predicatoēs. quā
do vident ipos in suis sinagogis
i. suis ecclēsij p̄dicate. et sab
batis id est festiuitatibus aridos

io est peccatores spiritualiter cuā
te. ipsi nichilomin⁹ non debet cel
fac̄. & sabbatis debet benefacere.
debet etiā ipsos ad extēndū ma
nus suas ad paupes iuitare. ut
sic possint eos ab auiditate auari
tie sanac̄. **D** **V**l dic sic isti pha
tisi cū istū aridū sanac̄ nō posse
et tam sānā dñi detrahebāt. sic
multi fūr q̄ ad virtutes et lō alio
cū attigere nequeūt. & p̄ p̄dicati
onē alios peccatores aridos curac̄
nesciūt à nō possūt. vt pote nec p̄
dicate. nec discessēt confessioes audi
te sciunt. qui tamen alios bene
facientes detrahendo corrodunt.
Nec q̄ subditū fui ab alijs sanenē
et doceantur histinēt. ymimo qn̄
alios vident ī suis prochis pre
dicare vel confessiohes audite fū
me turbāt. **M**athei. xxm. Vos
enīm non intratis. nec introeun
tes finitis intrate. **E**
Qrist⁹ videtur velle predica
re q̄ verba debent proporcionari
cordib;. ideo dicitur. aut facite ar
borem bonam et fructum eius bo
num. aut arborem mālam et feu
ctum eius malum. Si quidē ex feu
ctu arbor cognoscitur. ac si dicēt
nō decet bonū hominē loq̄ male.
ā extra nec malū bñ. **M**eli⁹ ē em
q̄ hō sit bon⁹ et bonos fruct⁹. i. lō
verba habeat. v̄l si sit mal⁹ q̄ ma
los fructos. i. mala verba p̄ducat
ut sic hō nō decipiat ī p̄p̄ctis mā
lis. et ne p̄p̄t lō verba eoꝝ. ipsos
cū mali sint ut bonos cōmendēt.
Quoꝝ inq̄t potestis lō loq̄ cū sitis
mali? quasi diceret nō decet. q̄ di
cit. p̄p̄. xvn. Nō decet stultū ver
ba cōposita. **E**t. **A**poc. in. **V**tinā

frigidus es̄s aut calid⁹. s̄ qua
tep̄idus es̄t nec frigidus nec ca
lid⁹ icipia te euomere ex ore meo
Vel dic q̄ istud potest applicari.
vt communiter verba et extēnoā
opera sequuntur cordā. Quia sic
hic dicitur ex habundantia cordis
os loquitur. et. **M**athei septimo
dicitur. q̄ non potest arbor mala
bonum fructum facere et eomū
so. Et dicitur **A** fructibus eoz q̄
nosctis eos. **F**

Im mundū spiritus cum ex
erit ab homine. ambulat p̄
loca arida et inaqua quæst̄es re
quiēt et nō iuuenit. et tunc re
diens ad domum suaz vnde exiuit
iuenit eam vacante. scopis mū
datam. et tunc assumit septem
spiritus nequiores se et intrātes
habitāt ibi. et sunt noūissima
hominis illius reiōra prioribus.
Mora. **I**sta allegorice dicta
funt contra iudeos. quia tunc im
mundū spiritus ab eis exierunt.
quando legez per moysen suscep
runt. Ipsi vero im mundū spirit⁹
per loca arida cōcūtient. quando
corda gentilium per ydolatriam
habitauerunt. ibi tamen finalem
non iuenerunt requiem. Exinde
per fidēz cristi electi sunt. et ideo
ad domum suam primam scilicet
ad iudeos qui ha ctenus p̄ corre
ctionem fuerant scopati et p̄ legē
ornati cedierunt. qn̄ post tempus
icarnationis xp̄i a fide ei⁹ ipsos va
cates iueit. **E**t ideo iā cū. vn. alijs
spiritib;. i. cū vniuersitate vitiōū
ibi habitant. et sic nōissima eo
cū sunt peiora q̄ ante legē fuerat
Mathei. xxvn. **E**pt nouissimus

error peior prior. **F** **V** ista exponatur contra apostatas
Quia sepe fit q̄ immūd⁹ spirit⁹
. immūd⁹ religiosus de corpore
hominis. religiosus vel ecclesie p a
postasiam egreditur et per loca a
nata. i. per mundum circuit p̄gat
ditur et vagatur. queritq; ceq; q̄
. status tranquillitatem quē nō
inuenit. sed potius sentit semper
exteras turbationē et aduersita
tem. interius vero conscientie tu
multum et contrarietatem. **I**ero
xvi. Servietis ibi dñs alienis qui
non dabunt vobis requiem die
ac nocte. Et tales qui seiuunt de
momb⁹ et virt⁹s non sunt digni
requiem inuenire. nec etiā in tpa
libus pro quibus spiritualia reli
querunt digni sunt solatiū optinē
Quapropter ut videm⁹ isti sine
requie vagantur. ita q̄ p̄ paup
tatem ad domum suam id est ad
claustrum q̄ reliq̄at remeac co
guntur. Dicū illud. **O**see. n. Va
da a reuertar ad vicū meū priu. d
. i. ad statu⁹ meū anteriorē. q̄ bñ
eat michi tūc magis q̄ nūc Qui
a ergo p̄ certō fit sepe q̄ tales ad
domum religiosis reuertētes. qui
votādie stoba correctiois abster
guntur. a virtutib⁹s ad ornānē.
solent secum septē alios spūs ac
capete nequiores. i. alios sibi associ
are et adiungere. et sic per vita
sue inuidiam et discordiā solēt co
pus illud et collegiū in quo fuit. ā
plius molestā et diuersis suis vi
tis et infamis lacerāc. ita q̄ no
uissima eorum opa post et ditum
peiora prioribus solent esse. n. pe
tra. n. Dñs cursum implicati supā

tur et facta sunt eis posteriora p
ioribus deteriora **G**

Q uoniam xp̄c p̄dicaēt actualiter
et dicetur sibi q̄ mater fu
et frēs sui foas stabat. querētes
loqui ei. non legitur ppter hoc p̄
dicatice dimisisse. sed potius ma
nus suas in discipulos extendens
dixisse. Ecce mat̄ mea et frēs mei
Quicunq; fecerit voluntatē pat̄s
mei q̄ in celis est ipse meus frater
et soror et mat̄ est. **M**oraliter
Nic potest notari q̄ q̄ in p̄dicatio
ne v̄l alio spūali exercitio occupa
tur nūq̄ xp̄c carnales pentes rel
xp̄c temporalia negotia debēt illa ti
mittrete Quia illos qbz spūalit̄ p̄
hat dēt m̄es et sorores spūalit̄
reputac̄ ipsosq; carnalib⁹ penti
bus anteferee. **I**ero. ad h̄elyodo
rū. Percalcato p̄t p̄ge ac̄. **D**

Homo qdā seminavit bonūm
semē in agro suo. sed dū do
mitent homines. vēnit ei⁹ inimi
cus et seminavit zizaniam. Cū cre
uissz herba a fructū fecissz. tūc ap
paruerit zizanie. Serui at ei⁹ acce
dentes dicebāt. Domine nome bo
nū semē seminasti i agro tuo. vñ
ergo habetur zizania. Qui respon
dit. Imiticus hō hoc fecit. Vis in
quium imus et colligamus. Non
inq̄t ne forte eradicetis siml et tri
ticū. Simile utraq; crescē usq; ad
messez. et tūc messores zizaniam
ad combucendū per fasciculos col
ligentes alligabūt. triticū autē in
horzeū meū congregabūt. **M**ora
Ista exponuntur de celi
sto et alia hereticos. Constat em̄
q̄ quidam homo id est celsus ho
mo singulatus et excellentissimus

in principio seminavit predicando
et docendo in agro suo. i. in ecclesi-
a militante zoptum semen scz do-
tranam euangelicam et fidem te-
tam. sed cum homines. i. apostoli
li dormiissent. et per mortem a
seculo recessissent. remit inimicus
dyabolus. qui mediantibus here-
tis in agro isto cum bono semine
malum iniecit. et cum bona et sa-
na doctrina zizaniam verboruz he-
retorum inimicis. sicut patet. qd
statim quando apostoli mortui fu-
erunt hereses arriana. euthisiana
et manichea pullulauerunt. sicut iā
patet in diversis xpianor segete-
bus atq sectis que talibz zizanias
infeste sunt. **Psa. pmo.** Ve semi-
ni neq. Ita ergo zizania. i. heretici
ocum secta et collegiū non vult
de9 per suos seruos scilicet viros
catholicos extirpari. sed potius
vult eos vlog ad tempora iudicij
tolerari. et hoc forte ne inter eos
contigit triticum. i. aliquos bo-
nos existentes vel futuros. cū eis
eradicari. i. temporaliter molesta-
ri et spiritualiter ante conuersio-
nem euelli. Constat enim qd aps
eos multi sunt predestinati. qd eorū
tidie conuertuntur. De alis etiā
ignoramus si forsitan ad deum re-
uerterentur. Ideo qd diu est tempus
venie ipsos oportet expectare.
In tempore vero messis scz in iu-
dicio quādo iā tempus merendi tra-
fiuerat. tunc messores. i. angeli ip-
sos per fasciculos. i. scdm disticti
onēm vitiorum in infernum cōbu-
rēndos ligabunt. bonos vero in
horteu9 domini. i. in paradysi re-
positorium congregabunt. **Mat. in-**

Cōgregabit triticū suum in hore
um suum. paleas autē cōburet ig-
ne inextinguibili. **I** **V**el
dic qd homo qdam id est crastus i
principio seminavit tonum semine
id est bonas personas in agro suo
. i. in ecclesia militante. **S**ed quia
iam homines et preslati dormiunt
id est negligentes existunt. veit
dyabolus et superseminavit zizai
am id est copiam malorum et mu-
tilum personarum. et eos ibi me-
diant symonia. auaritia. carnali-
q affectu mirabiliter transplata-
uit. **Vnde** cristo vñ religiosis seu
ecclesiarum fundatoribus potest
optime dici. Domine nomine bonū
semen seminasti in agro tuo. **Vn-**
de ergo hec zizania! Et ipse procer-
to potest respondere qd inimicus
homo hoc fecerit. Quia seminatio
plantatio. et promotio talium ab
inimico dyabolo efficatur. per cuius
inspirationem isti in ecclesia semi-
nantur. **S**apiēte duodecimo. Se-
men enim erat maledictum ab in-
icio. **S**ed patris familias scilicet
crasti patientia est tanta. qd tale
semen impium modo no vult ab
ecclesia eradicare. sed potius pmit-
tit eos cum tritico. i. cū bonis vniē
et manere. quousqē tēpus messis
. i. dies iudicij veniat ubi ipos di-
stinguet ab iniucem. **E**t istos in
infernum conburet. triticum autē
id est bonos in horteo paradysi col-
locabit. **I** Messores enim angeli
zizania; a tritico. i. bonos a malis
qui modo non possunt discerni fi-
nabilit dident. Et illos eternaliter co-
reūnados ligabūt. istos vñ ppetui
o suādos i paradysi horteo acuabūt

Vnde. *Math. xiiij. dicit.* **M**itteret si
huius hominis angelos suos et col-
ligerent de regno eius omnia scada-
la . et eos qui faciunt iniuriam
et mittent eos in camimuz ignis .
ibierat fletus et stridor dentium .
R **V**el dic qd in ista figura re-
prehenduntur quidam iusti q in
moderato iusticie zelo querunt ex-
terminare peccatores . et maxime
infideles . **S**tatisq volunt irruere
contra ipsos et eos de nitib deuo-
rate . **V**is inquiunt iurus ut colligam
zizaniā . **S**imile . *Job. xxxi.*
Quis det de carnibus eius ut sa-
toremur Et simile . *Luce. ix.* **V**is
inquiunt dicemus q descendat ig-
nis de celo ac . **I**sti non considerat
occulta diuine iusticie . nec perpe-
dunt qdum vita malorum bonis
proficit . et quare paterfamilias
deus malos vivere sinit . **N**e pmi-
tit ergo talis zelus . et angelorū
iudicium q causas pmissas noue-
runt retardatur . ipsorum punitio
expectāda iubetur . *Apo. vi.* **E**xpe-
ctate modicum donec impleatur
numerus fratru vestrorū . **Q**uia
se illi in iudicio finali malos era-
dicabunt . bonos vero in dei hore
et collocaebunt . **I**deo dicit . *Math.*
xm. **E**xibunt angeli et separabunt
malos de medio iustorum ac . **V**el
dic q inimicus hō . et proditor quā
doq ita seminat zizaniā cū trati-
co . mala cōfilia et machinamēta
cum bonis . qd i principio n possit
discerni ab inuice **V**eruptam quā
do herba creuerat . et effectus secu-
to fuerat . tūc papīc fuisse zizania
cū tratio et malū cibū mixtū cum
bono . **L**

Hec sit mētio de gratio syna-
pis qd est nimō omnibus se-
minibus . qd cū crescit fit maius
omnibus oleribus . ita q aues ce-
li possunt requiescere sup illud .
Mora . **S**ic vere fides cristiana
fuit a principio satis modica . nūc
per gtiā dei tātu crevit q cūctis o-
leribus . i. cūctis mudi sectis et in
credulitatibz maior exsistit **I**ta q
sicut iam videmus volucres celi
. multi pīncipes a potentes a ml-
ti philosophi et sapientes viuūt et
habitant i eadē . **P**s . **S**up eā volu-
tres celi habitabūt **V**l dic q sepe
fit quādo aliquis modicus et huī
lis promouetur tunc maior alns
efficitur . et oleribus . i. suis sociis
antefertur . ita q volucres . i. prim-
apes l nobiles in ramis sue iuris
dictiois amorāt . **O**

Quier qdaz accepit fermētū
et in ēa sata farme posuit . et
sic totam massaz farine fermētari
fecit . **M**or **F**ermētū qd facit
pastā feruē ē caritas . quaz quādo
mulier . i. aia in tria sata farme . i.
in tres ptes mētis . i. rationale ira-
scibile et occupabile potētiaz ad-
hibet . totam facit fermētari et ad
deum susū eleuari **V**l ista muli-
er est ecclēsia q ēa sata . i. ēa homi-
nū genera . pueros iuuenes et se-
nes fermento fidei et caritatis ibi-
bit . et sic p amoro diuinū oēs fer-
mentari facit ac . **N**

Hec additur de illo qui iueit
thesaurū in agro et vēd idit
oia q habebat et emit agrū **I**ts de
illo q qrebat margaritas et iuēta
una p̄iosa dedit omnia sua et co-
parauit ēa . **M**ora . **D**oc ex

ponitur a doctoribus q̄ thesaur⁹
vel preciosa margarita hōe xp̄i s̄
gloriā paradysi in agro scriptū
latentez designat. Istū ergo agrū
scripture sacre debet quilibet stu-
dendo em̄ et ceteras marga ritas
. sc̄ientias phisicas cōtēp n̄t̄re. et
illam vniā p̄ciosā . fidem xp̄i v̄
glo r̄i p̄adys vel doctrinā euāge-
licam sollicitate querēt et amāe et o-
mīa pro xp̄o dāe. Voc est dictu q̄
michil terrenū debet respectu ip̄si
us repudare. sed quantum ad af-
fectum om̄ia cum ea p̄mutare di-
ces illud Sapientie septimo. Diui-
tias michil esse dixi in comparatio-
ne illius. Ille enim qui thesaurū
glorie p̄adys et margaritā xp̄m
per deuotionē querit. et p̄ cōpla-
tionem inuenit. statim amore alia-
cum rēcūz deserit. a quicq̄d aliud
in mūdo est vilipēdit.

Algenā vero missam in mari
exponit idem saluator de ec-
clesia. q̄ nūc pisces magnos et p-
uos. i. homines bonos et malos s̄l-
cōtinet. in littore tamen huius vi-
te. i. in iudicio vltimo p̄scatores
. i. huius sagene rectores sc̄z de⁹ a
ängeli iter istos pisces discernēt.
Et tūc bonos i vasa sua. i. i p̄adys
repositoria eligent et assument.
malos vero foas i barattū mittot
n. **Macha.** i. Capitib⁹ amputatis
foras miserūt.

Capitulū vñdecimū **A**
Quā herodes tulisset he-
rodiadē vxorē philippi
frats sui. et de hoe io-
hānes baptista ipsū ar-

guēt dices q̄ sibi vxorē frats sui
dum viueret habēt nō licēt. Illi
gauit eū herodes i carcere ip̄q̄z oc-
cidē cupiebat. s̄ populū timebat.
Cū ergo in die natalis herodis fe-
sta i cōiuia pararent. accidit q̄
filia herodiadis corā rege saltauit
q̄q̄z regi et simul discubentib⁹ cō-
placuit Propt̄ q̄d rex sub iuramē-
to p̄misit sibi. q̄ q̄cquid p̄t̄ ab
eodē sibi daēt. Illa vero p̄monita
a merecē matre sua. caput iohā-
nis q̄ erat in carcē petijt. Rex at̄
ex hoc iratum se simulās. s̄ ppter
iūsurādū et ppter discubētes alias
se nō posse facē afferēs caput io-
his āputari a puelle saltati dari
māvauit. que statī caput in disco
positum corā omnib⁹ s̄l cōiuuantib⁹
matē dedit. vt hēt̄ur. **Mat. xxiij.**

Moālit. **P**er istū rege p̄ tam-
m⁹ v̄l itellācūs accipi. a quo oſtat
hoiem totū regi. Mētrix ista ſiḡt
carnē. q̄ reueā vxor philippi q̄ mē
preta eos lāpadis. i. dyaboli q̄ vi-
get intellectus splēdoē p̄t̄ dici. eo
q̄ sibi et ſuggēſtioib⁹ ſuis anim⁹
ſolet inclinari. Qui frater iſtius
rēgis id est frater animi diciture.
p̄ eo q̄ vterq̄ elle natūrē rationa-
lis cōprobāt. Per iſtam filiaz ſal-
taticem cōcupiſcentia intelligit.
que a matre iſta merecē. i. a car-
ne tanq̄ ſitia geneāt. que pro eo
dicatur ſaltare quia coram rege. i.
coram animo ſolet nunc vñm̄ pec-
cati. nunc alterius delectationes
offerre. vt iſpsum ad voluntatez
ſuam. et ad matris huius vñtu
valeat inclinacē. Per iohānē vō in
q̄ ē grā ſindēſis ſeu vſciētia itelli-
git q̄m dñia grā p̄ncipaliſ ſituāt

et que regem. i. animum delinquā
tem continue redarguit et hortatē
Ista est ergo veritas. qd quādoqz
rex mentis nostre scz animus acci
pit sibi in concubinā exorē dyabo
li scz herodiadē. que int̄pretaē
glorians in pellibus. i. in carne q i
pellis pulchritudine glorāt. iqtū
ipsius malis delectationibz acq̄s
scit. de quo tamen iohannes id ē
consciētia ipsum redarguit. et si
bi non licet hanc meretrice; ha
bere v̄l acq̄iescoce p̄dicit. Qua
propter sepe fit. qd iste rex id ēt
animus. iohannem id ēt bonam
conscientiam incarcerat. ipsumqz
vinculis malarum concupiscenti
arum vel complacentiarū alligat.
et sic vocem redargutionis impe
dit et retardat. qd vt̄qz fit quan
do istum iohannem in carcere ma
le consuetudis diu secuat. Anim⁹
enim carne oblectatus iohannem
i. conscientie reprehensionez non
diligit. a ideo vt ipsius carnis ob
lectationibus possit libere vt̄. in
carceribus malarum complacenti
arum et consuetudinum ipsū clau
dit. **Ezech. ix.** Misericordia eum in
carcerem ne audiatur vox iphi⁹
ultra super montes israel. **S**ma
liter autem sic accedit qd cum hēo
des et herodias et cōiuue sūt i co
uiuēs. i. dum anim⁹ et caro et ma
le affectiones vacat delectamētis
et solathis. statim solet filia hero
diadē. carnis concupiscentia sal
taē. et coram iphis nunc ad gulā
et ebrietate. nūc ad pīgtiaz et lux
uriam saltus suos ordinaē. **Psa**
xiiij. P̄fisi saltabūt ibi et respo
debunt ibi v̄lule in edibus eius. et

lyrene in delubris voluptatis. **T**ā
tum ergo facit ista filia meret̄as
scz occupatētia. qd iohannes ex toto
decipit. et conscientia p̄mitus
deperit. et qd rex iste scz animus
ā meretrice sua scz cū carne sine
timore dei. i. sine doloris scrupulo
formicatur. dices scz conscientie pp̄
e illud. **Psa. xiiiij.** Ex quo dormiūs
ti non astender qui succidat nos.

Vel allega exēplaniter qd
p̄s⁹ non diligit viros qui eius
scoleā reprehendunt. ymmo ipsa
quādoqz penas et miseras p̄curat
puerū. nono. Qui erudit deiso
rem ipse sibi iniuriam facit. et q
arguit impium maculam sibi ge
nerat. **V**el allega quomodo malū
qui non audent publice bonis no
cte. solent sibi vias et occasiōes
querere. vt sub colore alicuius iu
sticie possint iniquitatēm imple
re. sicut fecit iste qui sub specie iu
ramētē decollavit iohannem. **S**e
neca dicit. Qui nocē vult iniquā
causam muēnit.

Quin cristus secessisset in na
tūcula in locum desertum se
or̄sum. secrete sunt eum turbe et
misertus est eis. et curauit lāqui
dos eorum. Cum ergo vespe fa
ctum est venerunt discipuli eius
dicentes ei qd turbas dimittetet.
vt quilibet de deserto recedens et
los sibi congreuos procuraret. De
sertus est inquit locus hic. di
mittit turbas ut euntes in castella
emant sibi escas. Cristus autem
volens suis auditoribus escas da
re. cum esset ibi puer v̄nus qui
habebat quinqz panes ordeacos
et duos pisces precepit turbas

L in

ipsas discubere · et acapiens dic
tos paes et pisces benedixit et dce
git et per discipulos turbis dabi
uissit · Discipuli ergo turbis distre
buerunt · et sic quinq milia homi
nū preter mulieres et puulos qui
numeratū nō sunt de istis quinq
paib; et duob; pisib; usq ad sa
turitatem comedereunt · ita q; xij
cophim fragmētoꝝ superfluerunt ·
Colligit inquit dñs fragmēta ne
peant · Satis ista patet hic · **Mar.**
vi · Luce. ix · Johā. vi. //

Ista exponuntur omniꝝ q; quinq
panes ordeacei vetus testamentū
designat qd a quinq libris moy
si accēpit originem · qui bñ orde
aci dicunt · p eo q; m illis sib palea
hystorie medulla sensuū cōtinetur
Duo pisces nouū testam̄ tū signat
p eo q; ibi duplex caritas p̄cipit
in qua tota lex et p̄plete pendere
noscitur · Cum ergo in deserto hu
ius mudi sūt quinq milia hominū
qui dominum sunt secuti · scilicet
vniuersitas fidelium q; ad fidē xpi
sunt vocati · et ppter quinq sensuū
appetitus · qui sub numero quīma
rio sunt contenti · vult dñs q; ci
bis spūalib; refocillentur · ita q;
quinq paib; quos puer moyses
nob obtulit scz quinq libris legis
antique · duo busq pisibus hoc ē
doctrina euāngelica cōtinentē du
plicem caritatem spūalitati recre
erintur · Vult etiā q; omnes isti su
per senū · super virorum gratie a
caritatis · vel super spem virorum e
terne glorie recipiant · et q; disci
puli · prēlati doctores et predica
tores · istos scripturarū cibos ex
ponendo frangant · et q; ipsos dis

cibentibus et auditōribus simpli
cibus p̄dicando distribuant **h**ē
liqua vero que isti rudes capē nō
possūt · i. subtiliora sacramēta scrip
ture debent ab ipsis discipulis · a
scētificis viris reseruari et de mē
sa talū fūbleuari · Simplices em
grossa frustra ciborum et ruda sa
cramēta et documenta scriptuārū
debent capē · fragmenta v̄ero id ē
subtile scriptura sētentias nō pos
sunt tales degustare · Qua ppter
doctores talia debent alii subtilio
ribus reseruac · a · xij · cophimis · i.
in libris et codicibus doctrinam ·
xij · articulorum fidei cōtinentib;
sapienter reponere · dicētes cum
aplo. i. Coz. in. Non potui vob lo
qui quasi spūalibus · sed quasi car
nalibus tanq; puulis i xpo lac v̄o
b potum dedi non escam · //

Vl dic q; quinq panes sunt quinq
crusti vulnēa · duo vero pisces sūt
duplicis nature misteria cristi ·
Nos ergo qui in deserto religio is
vel huius mundi viuimus istos
cibos per fidem et devotionē come
dere debemus · etiam super fenum
qd hodie est et cras in cibarium
mittitur · i. super memoriaz nostre
fragilitatis recubere · a sic per spi
ritualem recreationem in xpi cō
uiuio poterimus satiari · //

Vl dic q; per istos q; cōmedēdo n̄
fuerunt cōsūpti sed potius m̄l̄ipli
cati ita q; oib; sufficerūt a n̄ de sece
rūt possuq intelligē sacēntū altaris
qd sumdo n̄ minuit · a qd ita quinq
milib; sic vni sufficē aprobat · nn.
Regum · nn. Comedent et supere
nit · **V**l dic q; isti cibi signat sci
etiā · que distribuēdo multiplicat

et cum auditores saturati fuerint
plus remanet discubentibus. q̄ ab alijs reportabat Lu. xix. Wa-
bonti dabitur et habudabit //

Vl̄ dic de elemosinis q̄ qñ
discipuli cristi. i. deuoti fideles bo-
na sua distribuūt libeāliter existē-
tibus in deserto. i. pauperibus et
egemis. sepe fit q̄ pl̄ḡ habent de re
siduis. q̄ in elemosinis expendēt
dominus em̄ multiplicat bona ta-
bum liberalium. q̄ sicut dicit. Lu
cc. vi. Date et dabitur vob̄. et p-
uerb̄. xxviii. Qui dat pauperi n̄
indigebit. Et aduerte q̄ xpc legi-
tur panes multiplicasse. ad deno-
tanduz q̄ tpe sterilitatis et neces-
sitatis debem⁹ elemosinas magis
date. alias autem non legitur pa-
nes fregisse nisi in cena. et eunti-
bus in via. et octo milibus i h̄xre
mo. In quo notatur q̄ bonis est
hōtu; bō sua distribuere. in deser-
to. i. pauperibz. i. via. i. viatoribus
et pegrinis. in cene cōuiuo. i. di-
scipulis familiaribus et amicis. a-
sic isti sunt tres panes de qb⁹ di-
atus Lu. xi. Amor accommoda mi-
chi tres p̄s. **V**l̄ dic q̄ illud qd̄ p-
dictum est q̄ secute sunt eum ēbe
multe ac. potest applicari ad hoc
q̄ malus nō potest ita ad desertū
religionis et solitudinis fugere.
quin turbe malarū cogitationū et
affectionū ipsum p̄tin⁹ studeant
comitati. //

Vl̄ si vis qd̄
ponitur hic. et qd̄ etiā replicat in
multis passibus scripture sc̄z pre-
ter mulieres et puulos. **V**bi vide-
tur innui. q̄ mulieres et parunb⁹
non solent cū pueris et maiorib⁹
numerati. et potest applicari ad

hoc q̄ numer⁹ signat eterne glo-
rie ascriptionē. quia sc̄z v erita
tem persone viriles et perfecte so-
lum merentur apud deum cōp u-
tari et in electorū numero nume-
rari. **S**ap̄. v. Ecce quomodo cōpu-
tati inter filios dei et iter electos
sors illo⁹ est. Sed reuera mulieb⁹
i. psonē mobiles et carnales et ef-
feminate. pueri. i. persone pueriles
inscie et inq̄to. in tali numero nō
debent pom̄. nec apud dei ascrip-
tionē in electorū numero compu-
tari. vnde de quolibet dampnato
potest illud expoī. Job tercio. No-
ctem illam tenebroſis turbo possi-
deat. nō computetur in diebus ā
m̄. nec numeret in mensib⁹. //

Qhist⁹ misit discipulos suos
precedere trax freatz donec
dimitteret turbas. Tandem v̄eo
dimissa turba ascendit in mōtem
solus orate. Vesperē autem facto
nauicula in quam discipuli ascen-
derant iactabatur in medio mari
magis fluctibus. erat enim ven-
tus contrarius illis. Nocte remi
ih̄sus ambulans super aquas. a-
cum nauem intrasset cessavit vē-
tus. ita q̄ illi q̄ erant in naui mi-
rati sunt et adorauerunt euz disci-
puli et dixerunt. vere fili⁹ dei es
Mor. Nauicula ecclesie i qua di-
scipuli cristi id ē vniuersi fideles
transseuant et nauigant ad glo-
riam paradyſi. dū est in mari hu-
ius mundi multis ēbulationum
fluctib⁹ agitat. ventus em̄ tēpta-
tionis dyabolice strariat eidem.
ipsamq̄ semp mititur s̄bmerge in
p̄fidū. Illud autē potissime ver-
est quādo xpc absēs ab ista naui

B ny

videtur. et quando ratione nostrorum
peccatorum Christus ab ista sua nauicula
quatuor ad gratium excellentiam absenta
tur. Quia vero deo videtur ecclesiam
propter peccata sua dimittere. quod propter
necessitate est eam multis temptationi
bus et ebullitionibus fluctuare. et multi
tis piculis subiacere. ideo dominus
videtur dicere illud. **I**e. **xii.** Reliqui
domini mei dimisi hereditatem meam
Et sibi igitur causa quod facta est michi
hereditas mea quasi leo in silua. de
dit contra me vocem ideo odiui eam
Vocuptam loco et tempore Christus solet
super aquas et fluctus istarum eb
bullitionum calcare. et ad discipulos
suos in nauiculam ecclesie inserit
corditer per gratiam reuenientem a sic
sua benedicta gratia et presentia fa
ct ventum temptationum et dy
abolicarum inflationum cessare. et flu
ctus ebullitionum quiescere. et tota
nauiculam ecclesie tranquillare.
Thobi tercio. Post tempestatem tra
quillum facis. et post lacrimationem
et luctum exultationem inducis.

R **C** Vel dic quod nauicula est ai
ma que temptationibus afflictio
nibusque et cogitationibus continu
e fluctuat. et a vento sibi contra
rio id est a mundi inanis gloria co
tinue mouetur et agitat. non quan
do Christus ad eam per gratiam re
mit et eam sua spirituali gratia et pre
sentia circumsumit. Christus enim ab
presentia reddit mentis nauiculam
fluctuosam. sua vero presentia ip
sam facit stabilem et quietam.
Augustinus. Inquietum est cor me
um donec requiescat in te domine
Et dic quod Christus quarta vigilia noc
tis venisse legitur quod in quarto pum

et o penitentie Christus visitat men
tem nostram. Prima vigilia est
discussio seu meditatio sed et contra
tio. tercia confessio. quarta satisfac
tio seu constans perseverandi in
tentio. In ista Christus ad nos venit
et a damnationis periculo nos
custodit. ps. Veni ad liberandum
nos domine deus virtutum ostend
de faciem tuam et salu erimus. //

L **C** Vel dic quod nauis ecclesie in
maris huius mundi fluctuabat ita
quod totus populus qui in ea contine
batur mortis periculo subiacebat
quousque ipse Christus media nocte per
beatam incarnationem et nativitatem
venit. qui omnia tranquillavit. //

Vel dic quod exemplo Christi nos debemus
turbas negotiorum et seculorum ho
minum et turbas cogitationum et
affectionum relinquere. animo mo
tem contemplationis ascendere.
et solum ibi dominum exorbare. //

O **M** Christus nocte venit ad di
scipulos qui in nauicula flu
ctuabant. ambulans super mare
turbati sunt discipuli dicentes. quod
fantasma est. non enim advertebant
quod esset Christus. sed magis credebat
quod esset aliquis fantasticus spiritus.
Christus vero videntes eos clamans
et timet dixit eis. habete fiduciam ego sum nolite timere. Pe
terus vero inter ceteros audacior
dixit. si tu es domine iube me ve
re ad te supra aquas. Quem cu
r ihesus ad se vocaret et petrus de na
ui descendens super aquas secus pe
ribus versus ihesum applicaret
videt velut validus superuenire
timuit et ideo mergi incipit. sed
statim cum ad ihesum clamasset

dicens domine saluu^z me fac. et
stus extēsa manu ipsum te capte.
et incredulitatem ipsius merepa-
uit dicens Modice fidei quare du-
bitasti. ac si dicaret. si no n dubi-
